Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26007
Copyright: Admont, Benediktinerstift



79

dei magna est. Non potestis deo seruire et mammone.
Mammona hebreus sermo est. interpretatur diuitie. Sciendum
quia non ait non potesti deo seruire et mamona
habere. sed mammone seruire id est di
uitiis. quia aliud est diuitiis seruire. aliud diuitias habere.
Si enim uiri habent quidem diuitias sed non eas deseruiunt. quia spe
sua non in eis collocant. sed eas sic ratio exigit possident. Et quia
non uult nos diuis sollicitos esse. pius institutis rebus sed potius ut nr. act.
sit spiritalis et celestis. idcirco subiungit. Ne sollicitis sitis ani
me uestre quid manducetis. neque corpori uestro quid induamini
Ergo quod omnibus natura tribuit et iumentis ac bestiis hominibus quoque
comune est. hui cura penitus non liberam sed precipit nobis ne sollici
tis simus quid comedamus. et quia in sudore uultus panem nobis ppa
ramus. labor exercendus est sollicitudo tollenda. In hoc loco
semper recordari debemus protoplasti ade. quia propter concupiscentia
am uetiti cibi factus est transgressor preceptorum di. et agnouit se
nudum. idcoque fecit sibi pihomata deinde tunicas pelliceas. et quia
genus humanum a illo descendens ei uitio est corruptum. iccir
co maxime phis duabus rebus sollicitum est. et phis semper labo
rat. id est puicitu et uestitu. Hoc preceptum dni impleunt be
luae. quae tempore famis non fuit sollicitae pro cibo. forte dicet aliquis. non
sum sollicitus pro superfluis sed pro necessariis. iccirco admonet
dns ut recordemur quia multo maiora sunt ea quae ipse nobis con
tulit id est anima et corpus. quae sunt eis necessaria. id est uicti
et uestitus. Idcoque subiunxit. Nonne anima plus est quam esca. et cor-